



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo crines rufo colore tingantur. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

capillos abluant. Aliæ sunt, quæ duabus *saponis* ad vnam mellis partem additis, bouini fellis mediã, quibus cumini fatiui, & croci syluestris duodecima parte additis, & insolatis per sesquimenssem quotidie rude lignea versando, vtuntur. Ex aceto, & lithargyro aureo fit decoctũ valdè præstans ad aureos capillos reddendos. Sunt quæ validam aquam igne eliciant ex halinitro, chalcantio, sale ammoniaco, & cinnabari, qua capilli tincti illico aureo colore sfragrant. Sed capilli comburi solent; quæ temperare eam sciunt, optimos effectus vident. Sed hæc mediocria sunt, longè celeberrimum remedium

ad aureos capillos reddendos

apponemus. Extrahatur oleum ex melle distillationis arte, vt docebimus, primò limpida exhibit aqua, mox crocea, post aurea, hac vtetur capillos spongia perlinendo, sed ne cutè tangat, nam crocea tingitur, nec facile color eluitur. Id præ cæteris nobile habet, quod per multos dies tinctura durat, & canos etiã inficiat, quod paucis datum est. Vel lixiuium quercus cinere parato, additoq; rhabarbari quantitatem fabæ, *tabacci* vocati tantundè, sceni græci, & hordeaceæ paleæ manipulum, mali aurei cortices, guaiaci ligni scobè, croci syluestris, & liquiritiæ pluseulum, fictili indita hæc omnia bulliant, donec tribus digitis subsideat aqua, ex ea optimè lauentur crines. Soli expones, deinde sulphurè super prunas impõsito, capillos suffumigabis, & dum vrirur, tenui per fundum spiramento halitum recipiat, vndiq; etiam veste circumtecta, ne fumus dilabatur.

Quomodo crines rufo colore tingantur.

C A P. II.

QVIA permultæ sunt mulieres, & viri rufæ carnis, & crinium capitis, & barbæ, quos si aureos redderent, carnis colore discordarent, vt eis quoque consuleremus, his remedijs occurrendum esse iubemus. Antiquitus loti arboris ramentis decoctis, quam nos *melocho* vocamus, capillum rufabant, vel cremata veteris vini fecè, modo quo diximus, addebant lentiscinum o-

leum, quod hoc modo parabant ad id opus. Maturas lentisci baccas aliquot diebus cumulas sinebant, donec contabescerent, affusa aqua æreis cortinis, tandiu eas ebulliebant, vt dehiscerent, saccis imponebant, & prælo oleum exprimebant, hoc vnguine tota nocte capillos illitos habebant, & eos rufos reddebant. Sed quo modo nos possimus

Capillos rufos reddere

docebimus. Ex Africa nobis puluis affertur, quæ vulgò *alchena* dicunt, si lixiuio eum ebulliemus, donec coloretur, & capillos perungamus, rufo colore tingit, ad multos dies indelebili: sed dum eum pertractabis, caue ne vngues eo madefiant, nam tinguntur ad eò, vt non faciliè mundaturus sis. Sic etiam alborum equorum iugas, & caudã tingimus rufi coloris. Sed nos faciliè mellis oleo voto satisfacimus, nam extracta limpida aqua & crocea, exaucto igne rubicundum manat oleum: Hoc præstantissimũ est ad capillos rufandos, & canos etiam tingit in multos dies, & quum tinctura diluitur, aureo colore capilli fulgebunt. Sed dum lixiuium capiri perlinimus, madefactam spongiã forficibus capiemus, nõ manus, aut capitis cutis inficiatur:

Fœmina canitiem germanis inficit herbis,

Et melior vero queritur arte color.

Quomodo capilli nigro colore tinguntur.

C A P. III.

O Peræpretium est his, qui erubescunt senes esse, succurrere, si suos canos inficere volũt, tanquam annos detracturi sint hoc nomine ætati: & si mulieribus adolescentulis prouidimus, matronis cõsulamus oportet, præcipue si quandoq; acciderit, vt importuna canities quanto citius caput dealbet. Antiquitus parabatur ex saluæ foliorum decocto, corticum iuglandiũ viridum, rhoe, fructuũ myrti, rubi, cupressi, corticum radice ilicis, & similium. Iligneæ enim radice cortex coctus dum mollitus intabescit, & tota nocte illitus, capillos denigrat, prius cimolia terra purgatos. Disce igitur,

Canis